

Luc. 11. Quasi vulpes in deserto Propheta tui Israel erant. Unde ob fraudulentiam, & insidias sic Christus Dominus loquitur de Herode, Luc. 13. n. 31. Dicite vni pi illi, Dicuntur haeretici vulpes parvulae, quia se fingunt humiles, & mites, ut suum venenum valeant insinuare, & notandum ex D. Bernardo ferm 64. Quod non iubentur vulpes ab sponsa exurminari, vel abigi, sed capi, seu ut legit Arias Montanus prendere, ut ipsi, qui intendebant suis insidiis, ac fraudibus demoliri vineas Ecclesiae comprehendantur, & tanquam captivi pereant, ut Ecclesia viatrix, ac triumphatrix exulter.

D. Bern. Compre bendantur, ut Ecclesia sublimetur.

QUESTIO XII.

Quisnam esset iste Felix Praeses?

83. Felix iste (ut testis est Suetonius cap. 28.) frater erat Pallanti, qui multum gratia, ac potentia apud Imperatorem pollebat, adeo, ut nuptias Agrippinae (ex qua natus est Nero) cum Claudio patruo suo conciliaverit, & hac de causa Nero obtinuit Imperium succedens Claudio. In gratiam ergo rallantis Claudius Felicem fratrem in seruo fecit libertum, eumque fecit praesidem Iudaeae, Samariae, Caesareae, ut testatur Joseph. lib. de Antiquitate cap. 22. 84. Nero etiam postea praefecit Iudae praesidem, sed senescente gratia, iurpiter eum post biennium amovit: Tacitus dat illi pronomen Antonius ab Antonia matre Claudii, cuius fuerat servus; & ita vocabatur Felix Antonius Claudius, nam liberi trinomiali appellari solebant. Iste Felix, cum ex seruo factus esset praeses erat superbissimus, & malis moribus praeditus, quia ut cecinit Juvenal. Nil asperius, quam humilis, dum subit in altum. Et cum tam pessimus esset, multis magnis laudibus, ac titulis eum illustrat Tribunus, dicit optimum, victoriosum, praestantissimum, potentissimum voce adulatoria, pro quo Vide cap. 12. q. 19. n. 143. 144. 145. De hoc Felice iterum dicam cap. sequenti q. 9.

Joseph.

84.

Tacitus.

85.

CAPUT XXIV.

1. Post quinque autem dies descendit princeps Sacerdotum, Ananias, cum senioribus quibusdam, & Tertullo quodam oratore, qui adierunt praesidem adversus Paulum. 2. Et citato Paulo cepit accusare Tertullus, dicens, Cum in multa pace agamus per te, & multa corrigantur per tuam providentiam. 3. Semper & ubique suscipimus, optime Felix cum omni gratiarum actione. 4. Ne diutius autem te protraham, oro, breviter audias nos pro tua clementia. 5. Invenimus hunc hominem pestiferum, & concitantem seditiones omnibus Iudaeis in universo orbe, & auctorem seditionis sectae Nazarenorum.

- 6. Qui etiam templum conatus est violare, quem apprehensum volumus secundum legem nostram iudicare. 7. Superciliens autem tribunus, Lyfias, cum magna eripuit eum de manibus nostris. 8. Lubens accusatores ejus ad te venire, a quo poteris ipse iudicans de omnibus istis cognoscere, de quibus nos accusamus eum. 9. Adjecerunt autem & Iudaei, dicentes haec ita se habere. 10. Respondit autem Paulus, (annuente sibi Praeside dicere) ex multis annis te esse iudicem genti huic sciens, bono animi pro me satisfactiam. 11. Potes enim cognoscere, quia non plus sunt mihi dies, quam duodecim, ex quo ascendi adorare in Jerusalem. 12. Et neque in templo invenerunt me cum aliquo disputantem, aut concursum facientem in turba, neque in Synagoga; 13. Neque in Civitate, neque probare possunt tibi de quibus nunc me accusant. 14. Confiteor autem hoc tibi, quod secundum sectam, quam dicunt haesim, sic deservio Patri, & Deo meo, credent omnibus, quae in lege, & Prophetis scripta sunt. 15. Spem habens in Deum, quam & hi ipsi expectant, resurrectionem futuram iustorum, & iniquorum. 16. In hoc & ipse stude sine offenculo conscientiam habere ad Deum, & ad homines semper. 17. Post annos autem plures elemosinas facturus in gentem meam, veni, & oblationes, & vota; 18. In quibus invenerunt me purificatum in templo non cum turba, neque cum tumultu. 19. Quidam autem ex Asia Iudaei, quos oportebat apud te praesto esse, & accusare, si quid haberent adversum me. 20. Aut hi ipsi dicunt si quid invenerunt in me iniquitatis, cum stent in Concilio; 21. Nisi de una hac solummodo voce, qua clamavi inter eos stans, Quoniam de resurrectione mortuorum ego iudicor hodie a vobis. 22. Distulit autem illos Felix, certissime sciens de via hac, dicens: Cum tribunus Lysias descenderit, audiam vos. 23. Iussitque Centurioni custodire eum, & habere requiem, nec quemquam de suis prohibere ministrare ei. 24. Post aliquot autem dies veniens Felix cum Drusilla uxore sua, quae erat Iudaea, vocavit Paulum, & audivit ab eo fidem, quae est in Christo Iesum. 25. Disputante autem illo de iustitia, & castitate, & de iudicio futuro tremefactus Felix respondit, Quod nunc attinet, vade, tempore autem opportuno accersam te. 26. Simul & sperans, quod pecunia ei daretur a Paulo, propter quod & frequenter accersens eum, loquebatur cum eo. 27. Biennio autem expleto, accepit successorem Felix Porcium Festum. Volens autem gratiam praestare Iudaeis Felix, reliquit Paulum vincitum.

ARGUMENTUM.

Tertullo oratore accusatur Paulus coram Felice, Apostolus tam subtiliter causam suam agit, ut Felix optaret instrui in fide Christi, & totus tremefactus eum audiret Paulum, quem Porcio successor suo vincitum reliquit.

Act. 24. n. 1. Post quinque dies descendit Princeps Sacerdotum Ananias cum senioribus quibusdam, & tertullo quodam oratore, qui adierunt praesidem adversus Paulum.

PRIMA EXPOSITIO Usque ad Vers. 4.

- 1. Vers. 1. Post quinque autem dies, quibus transfactis paulus discesserat a Jerusalem, altero vero die post discessum Tribunus fecit certiorum Pontificem, quomodo miserat Paulum in Caesarem, ut dictum est cap. 23. n. 32 consumptis tribus diebus in itinere, sequenti autem die nepe quinto vocatus est Paulus ad praetorium. 2. Descendit princeps Sacerdotum, ut coram eo causa ageretur, tum quia erat Sadduceus, & fervebat odio in Paulum, tum quia timebat accusari, quia iusserat percuti os pauli, antequam audiretur superiori cap. 23 n. 2. Cum senioribus d. Chrysof. Qui comparavit apud Praesidem ex Jerusalem, ut accusarent paulum, & Tertullo quod oratore. Syriac. Refertur, ut pro eis verba faceret, & loqueretur latino sermone, quia praeses non intelligebat Hebraicum. 3. Vers. 2. Et citato Paulo. Syriac. Cum vocatus esset Paulus, Adulterio sermone incipit Tertullus: Cum multa pace agamus per te: Arabic. O potentissime Felix complexa est pax tua. Facit allusionem ad illum pseudoprophetaem Aegyptium, de quo supra ex egi, qui seducebat populum, quem Felix destruxit cum suo exercitu, & etiam Jonatham Pontificem per sicarios, de quo agit Josephus lib. 20. cap. 6. 4. Et multa corrigenda per tuam providentiam. Syriac. Propter te multa directiones sunt huic genti pondere actionis. Arabicus, Contigerunt huic genti per gubernationem tuam beneficia plurima. Laudat eximiam ejus providentiam in suagubernatione. 5. Vers. 3. Semper, & ubique suscipimus. Vatablus, Comprobamus, admirantes comprobamus & suscipimus gubernationem tuam, Optime Felix, de quo dixi supra cap. 23. q. 12. cum gratiarum actione tam Deo, quam tibi. 6. Vers. 4. Ne diutius autem te protraham. Syriac. Ne te diutius fatigem. D. Chrysof. Ne diutius morer paucis. Arias, Ne super plus interpellem, & subdit text, Audias nos pro tua clementia d. Chrysof. pro tua humanitate, benignitate, ac clementia.

D. Chrysof. Syriac.

3. Syriac Arabic.

Joseph.

4. Syriac Arabic.

5. Vatabl.

6. Syriac. D. Chrysof. Arias.

earum causas agendas, & disponendas, quia frequenter homines non sunt periti iure, ac proinde indigent a quibus illuminentur, & hi oratores nuncupabantur, qui pro suorum causis orabant.

Hunc in praesenti Ananias, & Seniores Iudaeorum elegerunt Tertullum, tum ut cum multa eloquentia verborum rem proponeret, tum quia erat Italus, ut nome indicat, & optime sciebat leges Romanorum, ut secundum illas perire rem proponeret, deinde ut Italus loqueretur latine, ut bene eum intelligeret Praeses, qui Romanus erat, & forte non intelligebat linguam hebraicam, & hac de causa solebant praesides provinciarum secum ducere procuratores, ac advocatos Italos in Provincias, ad quas ducebantur, ut causas Provinciarum latine suscipere, ut bene intelligentes de eis recte disponderent.

Etiam moraliter dicam; erant principes, & majores populi utpote ignorantes in causis, ac negotiis, ideo eligunt oratorem, ac procuratorem, qui pro eis dicat, ac loquatur, Saul cum esset malus & pessimus unum de se verum, ac regium fatetur loquens, 1. Reg. 26. n. 21. sic ait, Hodie apparet, quod ignoraverim multa nimis. Cum assistentes semper ad placita loquantur, & inter adulatores versetur princeps, inde integra veritas ignota est ei, quod dixit Seneca lib. 6. de benef. cap. 30. & ait, morstrabo tibi, cujus rei inopia laborant magna fastigia & quid omnia possidentibus desit, ille scilicet, qui verum dicat, & homini intermentione stupentem, ipsa consuetudine pro rectis blanda audiendi, ad ignorantiam ver perductum. Expende ultima verba, ad ignorantiam veri perductum.

Scribit D. Matth. 14. n. 1. In illo tempore audivit Herodes Tetrarcha famam Iesu. Tam lata, & praecleara erat fama Iesu de suis magnis operibus, & miraculis in tota Iudaea & Galilaea, ut nullus esset qui ignoraret suscitata filia principis Synagoga, scribit D. Matth. 9. n. 26. Exiit fama hac in universam terram illam, si divina, ac miraculosa Christi opera totum impleverant orbem, quomodo tam tarde fama illorum pervenit ad herodem. Hac est misera conditio principum, qui ignorantia laborant eorum, quae ipsis maxime utilia sunt D. Chrysof. homil. 49. in Matth. ait, Non otiose tempus evangelista notavit, non enim ab ipsis statim miraculorum exordiis famam Iesu; sed post multum tempus percipit Herodes, Huiusmodi enim sunt, qui in principatu vivunt, nam quoniam factum rerum plurimorum sibi arrogant parvi facientes cetera raro ea perdiscunt. Saepe contingit, ut quod apud omnes est vulgare, ac notum, a solo psincipe ignoretur.

83. Praesides adducebant ad vitatos Italos.

1. Reg. 26. Ignorantia propria magis ignorantum.

10. Math. 14.

Math. 9. Natum omnibus Princeps ignorat.

QUESTIO I.

Quare Summus Pontifex, & Seniores Iudaeorum eligunt Tertullum, ut pro eis causam patrocinetur, & agat?

7. Communis omnium gentium consuetudo extitit procuratorem, & advocatum exponere ad

QUESTIO II.

Quare Tertullus laudat Praesidem Felicem de sua providentia in gubernatione.

IN praefatione orationis ait Tertullus ad praesidem vers. 2. Cum multa, pace agamus per te, & multa

multa corrigantur per tuam providentiam. de magno bono pacis jam egi supra cap. 11. q. 11. n. 9. 10. 11 & cap. 11. q. 9. n. 10.

12. Bene providet, qui bene providet.

Et cum etiam laudat de providentia in recte disponendo, ac agendo omnia. dicitur Psal. 59. n. 4. Ephraim fortitudo capitis mei. Ex Hebraeo legitur Virtus ducis mei. Ac si tota virtus, ac ratio bene agendi, ac disponendi in duce, ac gubernatore tota consistat in integro, ac sano iudicio, ac si nemo ducat bene populos; rebusque publicis recte provideat, quinam sit sano cerebro, ac si nemo imperio valeat, qui non valeat ingenio, pro quo communiter facit, quod Reges, & animalia circumstant thronum plena oculis ante, & retro Apocalypf. 4. n. 6. Rupert lib. 3. in Apocalypf. ait. Internam contemplatione cauti sum, & providi.

Apocal. Rupert.

13.

Loquens deus cum Moysse ait, quod tendat in Aegyptum, & congreget seniores populi, & dicat illis, Dominus deus patrum vestrorum apparuit mihi qui descendit, ut liberet vos, & deducat in terram fluentem lac, & mel. Respondet Moyses Exod. 4. n. 1. Non credent mihi, neque audient vocem meam, sed dicent, non apparuit tibi Dominus. Cur Moyses in annunciandis magnis rebus dubitat de consensu populi, & omnes difficultates, quas sibi praevidebat, obijciendas, Deo proponit, nihil inconsultum, ac praemeditatum vult aggredi, ut à deo accipiat, quid debeat agere, & respondeat opportunè Oleaster. ait, Adverte Moyses providentiam, qui nunc omnia impedimenta legationis sua Deo apponit, ne postmodum ad eum redire cogeretur.

Exod. 4. Optimus provisor praemeditatur futurum.

14.

Cum Christus dominus esset sollicitus de pacendis hominibus inde certo scribit Joan. 6. n. 8. Dicit ei unus ex Discipulis eius Andreas frater Simonis, Petri; est puer unus hic, qui habet quinque panes Signanter dicitur hic Andreas frater Simonis Petri, cum in aliis locis nominetur Andreas tantum, & non dicitur frater Petri, ut Joan. 12. n. 22. Cum Gentiles voluissent videre Jesum; venit Philippus & dicit Andree, & Andreas rursum & Philippus. Cur ergo peculiari in illo dicitur frater Petri; quia constituebatur Petrus princeps totius orbis, ac proinde ut frater illius agebat de providendis, ac pacendis miseris, qui ob tantam suam providentiam maxime agnoscendus erat.

Joan. 16.

Joan. 11. In prelatio multa provisi denigra.

15.

Ait Isaias 19. n. 11. Principes Tanis. Tanis erat metropolis civitas Regia Aegypti, in qua Moyses tot, & tanta mirabilia, ac prodigia est operatus rincipes ejus cur dicuntur stulti, quia cum scient, quod armata manus multorum millium hostium superveniebat adversus eos, ad eorum destructionem, non se praeparant ad bellum, nec ad reprimendos hostium assultus, sed quando res jam erat in ultimo, ac extremo periculo, tunc vocant consilium, & consulunt dehis, quae erant agenda in vanum, cum illa tractanda fuerant, antequam res deveniret ad extremum punctum? Elias Cretensis oration. 1. Naziaz. ait, Est Tanis urbs Aegypti, cui quis, qui praerat, cum ea in hoc discrimen adducta esset, ut jam, jamque capienda videretur, gravissimo metu percussus sapientes quidem ad se accercebant, atque quam studiosissime de rerum eventu consultabant.

stultus non providet, sed de re agit in ultimo periculo.

Ait. 2. 4. n. 5. Invenimus hunc hominem pestiferum, & concitantem seditiones omnibus Judaeis in universo orbe, & actorem seditionis sectae Nazaraeorum.

Versiones.

SECUNDA EXPOSITIO.

Usque ad Vers. 9.

Vers. 5. Invenimus hunc hominem pestiferum.

Syriac. perniciosum. Syriac. reg. Vastatorem. Arabic. Corruptorem. D. Epiph. Corruptorem. Aethiopic. Blasphemum, non exprimunt nomen Pauli, Notat Lyranus, ac si ob suam malitiam nominari indignus esset. Concitantem seditiones. Cum tamen esset praedicator pacis & Judaei ubique contra eum solebant seditiones, & tumultus excitare; ut vidimus cap. 9. n. 13; cap. 13. n. 50. cap. 14. n. 5. cap. 18. n. 12 cap. 20. n. 30. malum quod ipsi perpetrabant, Paulo adscribere intendant

16. Syriac. Regius. Arabic. D. Epiph. Aethiop.

Auctorem seditionis sectae Nazaraeorum. Arias Antisitem sectae Aethiopic. Docentem haesum; nam Judaei Christianos per contemptum vocabant Nazaraeos ut notarunt D. Hieron. epistol. 89. & Beda bis, ut patet ex cap. 2. vers. 22. propter Jesum Nazarenum, sicut & Julianus Apostata dicebat Galilaeos; ut testatur D. Greg. Nazianz.

17. Arias. Aethiop. D. Hieron. Beda. Act. 2.

Vers. 6. Qui etiam templum violare conatus est. Syriac. Voluit polluere. Arabicus, Fodare tentavit. Aethiopic. Profanavit. Introducendo in illud Trophim Gentilem, de quo diximus cap. 21. vers. 29. Ipsi potius profanaverant templum manus violentas imponentes in Paulum, Judicare secundum legem hic iterum mentitur; nam ipsi contra legem volebant occidere Paulum nondum judicatum. cap. 23; n. 10.

18. Syriac. Arabic. Aethiop.

Vers. 7. Superveniens Tribunus Lysias. Arabic. Dux mille virorum irruens violenta vi eripuit eum de manibus nostris. Glossa, magna vi.

19. Arabic.

Vers. 8. A quo ipse judicans de omnibus istis poteris cognoscere. Syriac poteris eum interrogare, discere ab eo ea omnia. Ita erant ira ac odio obcaecati, & frementes in Paulum, ut mala, quae ipsi fecerant, commovere seditiones, violare templum, de se plus judicante similia cogitabant de paulo, & quod ipse ea negare non posset.

20. Syriac. ex se ipse cabant de Paulo

Vers. 9. Adjecerunt autem, Arabicus, Quibus assensus est etiam ceteris Judaeorum. Aethiopic Vere sic est Notat D. Chrysof. quomodo malitia Judaeorum totus judicialis ordo pervertitur; nam Judaei qui erant accusatores Pauli, fiunt testes contra illum.

21. Arabic.

QUESTIO III.

Quare tam fervide Judaei procurabant mortem Pauli, cum ille omnibus viribus intendebat illorum salutem?

Maximè Judaei fremebant in Paulum, ut eum occiderent, sic in Jerusalem eum intenterunt interficere, & ad Tribunal clamabant, Tolle eum, extirpa eum. Act. 22. n. 22. At Paulus cum tanto fervore, ac diligentia intendebat eorum salutem, quod, ut ab Jerusalem discederet, necesse fuerit habere mandatum à Christo Domino Act. 23. num. 11.

22.

Et quid magis durum, & asperum, quam pro beneficio impenso recipere injuriam calumniam, & omne maleficium? Dixerunt Impii mittamus lignum in panem ejus Jerem 17. n. 19. Quae verba praeclare expendit D. Ambros. Praefat. in Psal. 45. & ait, Hoc igitur Dominus exprobrat Judaeis, ego propter vos pauper, & vos mihi impias manus intulistis dicentes,

23. Jerem. 16. D. Ambros.

dicentes, injiciamus lignum in panem ejus. Bene praem dixit pro carne ejus. Ille alimentum devulit; ista pro beneficio retulerunt supplicium. Quae crudelitas, & improba malitia major est, quam quod ipse dominus dedi divinum panem ad vitam & salutem, ipsi pro recompensatione tam salutifera panis retulerant ei lignum crucis ad eum mortem inferendam ille alimentum dedit, isti pro beneficio retulerunt supercilium.

Pro domini ferri mortem.

Ait Christus Dominus Matth. 26. n. 23. Qui immittit mecum manum in paropside, hic me tradet; ex quo bene inferitur, quod pro singulari gratia datum est Judaei, ut in paropside cum Christo mitteret manus, sed tor, & tantis beneficiis tam communibus omnium Apostolorum, quam particularibus, Judas maligna natura depravatus non potuit emoliri, beneficiis iniquis ad tradendum dominum in manus suorum inimicorum pergit & nunquam ad tam crudele facinus tam sollicitè peragendum tendit, nisi quando majoribus beneficiis est cumulatus in Cena D. Chrysofomus homilia 83, in Matth. ait, O cecitatem proditoris! qui cum ineffabilibus mysteriis communicasset, idem permansit divina mensa susceptus in melius, commutari noluit, majus enim utraque manu fiebat, quia tali animi mysteriis susceptis nec timore, nec beneficio, nec honore melior factus est.

24. Math. 26. Beneficiis fit deterior.

D. C. Chry. 1. 11.

25. Cant. 1.

D. Bern. Magis obligatus magis diffidit ad maleficium.

lapidate, sicque moriatur. Facile Jezabel poterat Naboth interficere per homines criminosos, ut passim sit vel poterat eum criminare de latrocinio de incestu, sed mandat eum accusari de gravissimis criminibus, de blasphemia in eum, crimine Lyranus, educite, ut explicat Lyranus, extra civitatem, tanquam hominem valde scelestum, & execrabilem indignum moriendi in civitate. Illa maledicta femina non solum voluit perdere hominem justum & sanctum, sed etiam omni gravissimo crimine foedare.

Hoc studio cum meus Jesus esset exaltatus in Cruce, scribit D. Matth. 17. Crucifixi sunt cum eo duo latrones, in quorum medio erat Jesus quod nomen sacratissimum erat valde illustre, ac celebre in toto mundo, & perveritas Judaeorum non solum voluit vitam adimere Christo Domino, sed etiam latronum fordibus ejus sanctissimum nomen maculare. Noster D. Cyrill. Alexand. lib. 2. in Joan. cap. 28. ait, Inter duos latrones crucifixus est ex malitia Judaeorum, qui ut turpissimam mortem ejus ostenderent, justum cum iniquis condemnarunt. Et D. Chrysofomus in cap. 2. epistol. ad Ephes. ait, Propterea Judaei studio illa morte interimere eum satagebant, ut probrosum quoque efficerent

29. D. Math. Pestifera malitia in malis justum facere probum.

D. Cyril. D. Chry. 1. 11.

Act. 24. num. 10. Respondens autem Paulus (annuente sibi praeside dicere) ex multis annis te esse judicem genti huic sciens, bono animo pro me fatistacia m.

Versiones.

TERTIA EXPOSITIO

Usque ad Vers. 15.

Vers. 10. Respondens autem Paulus, annuente sibi praeside. Syriac. Innuat Syriac. praes Paulus, ut loqueretur; & audiatur; respondet paulus non per procuratorem, nec tremula, ac tremenda voce, ut contingit reis, sed generoso, ac constanti animo confusus in Deo, & suae innocentiae, ex multis annis te esse judicem. D. Chrysofomus, judicem justum; quod est illustrissimus titulus iudicis.

30. Syriac.

Genti huic, Aethiopicus. Judex fuisti haeres gentium, & scis mores earum, & agnoscis eorum reprobum ingenium ad omne malum, & scis, & agnoscis nullam querelam de me tibi esse factam, ex quo deprehendis, quod ego non sum homo seditiosus, pestiferus, ut ipsi modo proclamant contra me. bono animo pro me satisfaciam. Syriac. cum gaudio de promam spiritum pro me ipso. Arabicus causam rerum mearum libenter dicam.

31. Aethiopi

Syriac. Arabic.

Vers. 11. Potes enim cognoscere, per testes fide dignos, quod non sunt mihi plus dies, quam duodecim, ex quibus novem dies in vinculis egi, super sunt ergo tres dies ex quo veni adorare in Jerusalem. quomodo in tam brevi spatio trium dierum, ego homo peregrinus ignotus, & solitarius poteram tumultum facere in civitate.

32.

Vers. 11. Invenimus cum aliquo loquentem. Syriac. nec etiam turbas concitantem. Arabicus, seditionem facientem. Aethiopicus, nec commoverentem populum.

33. Syriac. Arabic. Aethiop.

Vers. 12. Neque probare possunt. Syriac. neque in eorum potestate situm est, ut aliquid probare possent, nam, cum sint accusatores, sunt prohibiti ad testificandum. Arabicus, neque rationem afferre.

34. Syriac. Arabic.

QUESTIO IV.

Quare Judaei tanta opprobria contumeliosa congruunt contra Paulum?

Vociferant Judaei contra paulum, ut patet vers. 5. cum dicunt hominem pestiferum, vastatorem blasphemum, corruptentem populum, quia cum intelligerent praedem propensum in paulum, timebant quod paulus non esset condemnandus morti ab eo & intendebant saltem tor opprobriis eum foedare ac maculare.

26.

Cum Absalò usurpans regnum se erigeret contra patrem suum David, dicitur de eo 2. Reg. 16. n. 22. Ingressus est ad concubinas patris sui coram universo Israel. Cur tam patenter tam foedum crimen perpetratur, quod maxime à natura inditum est, ut fiat secrete & abscondite Salvia. lib. 2. de Provid. ait Impurum nescias an crudelior filius, quia interficere patrem, non potest parricidio, sedat incestu.

27. 2. Reg. 16. Si non vult interficere, vult facere.

28. Vita, & honore intendit vitare.

Execrabilis illa nefanda Jezabel, 3. Reg. 16. n. 21. fremens odio in justu Nabothum, ut ipsum perdat, ad magistratuum Jezabel scribit; predicare jejunium, sedere facite Naboth inter primos populi, submitte duos filios Naboth contra eum, & falsum testimonium dicant; benedic Deum, & Regem, & educite eum, &